

3. specie-  
bus ope-  
rum. ubi  
a. proba-  
tio,  
  
b. attesta-  
tio,  
  
c. declara-  
tio à causa.  
  
d. demon-  
stratio in  
a. probati-  
one sapi-  
entiae ac  
stultitiae. Ibi  
N. α φ ε γ  
μ η.  
ζ. ω ε θ ς.  
σ ρ.  
λ. κ ε ι ο τ ς  
α. absolu-  
ta.

12. Ego Cobéleth fui rex super Israël in Hierusalem,  
 13. & dedi cor meum ad curandum & explorandum  
 in sapientia de omni, quod fit sub sole. (Hac est  
 arumna mala, quam dedit Deus filiis hominis, ut  
 debilitentur ea)  
 14. Vidi omnia opera, quae effecta essent sub sole: & ecce  
 unum est vanitas & depastio spiritus;  
 15. distortum, quod non potest quisquam corrigere, &  
 defectus, qui non potest numerari.  
 16. Loquutus sum ego cum corde meo, dicendo: Ego, ecce paravi  
 magnam sapientiam & cumulavi eam supra omnes,  
 qui fuerunt ante me super Hierusalem, & cor  
 meum spectavit multum sapientiam & scienti-  
 am.  
 17. & dedi cor meum ad noscendam sapientiam & scienti-  
 am, furorem & stultitiam. cognovi, quod etiam hoc est  
 depastio spiritus.  
 18. NAM in multitudine sapientiae est multitudo aegritudi-  
 nis, & qui addiderit scientiam, addiderit dolo-  
 rem.

CAP. II.

1. Dixi ego in corde meo: Agedum, tentabo te in latitia  
 & vide bonum. & ecce etiam hoc vanitas.  
 2. Derisus dixi; furiosus est: & de latitia; quid ista  
 facit?  
 3. Exploravi in corde meo ad ducendam vino carnem me-  
 am; & cor meum provehebatur in sapientia & ad ap-  
 prehendendum stoliditatem, usque dum viderem, quid-  
 nam esset bonum filiis hominis, quod facerent sub caelo,  
 numero dierum vitae suae.  
 4. Feci, ut opera mea essent maxima; struxi mihi domos; plan-  
 tavi mihi vineas;

5. feci